



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum  
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de  
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

**Albertus <de Padua>**

**Vlme, 1480**

Tertia pars

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

## Smero

huitate pcti. Mat. 1. Ipse saluū faciet pplm suū a pctis eoz. ipse pauper. z. Coz. 8. Scitis gratiaz dñi nostri ihu xpi. qm ppter nos egenus factus est cū esset diues. vt illius inopia nos diuites essemus. ⁊ ascendens sup asinam p quam synagoga intelligitur. vnde ad illud referendū est. exulta satis filia syon. ⁊ sup pullum. ⁊ sup gentilez pplm. filium asine. ⁊ synagoge. ⁊ ideo ad illud referendū est. iubila filia ierlm. ps. Jubilate deo ꝛ.

### Tercia pars

¶ Erāo cum d. Euntēs autē discipuli. Tangit turbe obsequiū xpm honorantis. Et tangunt qtuor quibz honoris obsequiū xpo fuit impensū. Primo em ostendit quō apostoli missi impleuerūt xpi mandatu: Suntēs autē discipuli fecerunt sicut pcepit illis ihus: Titus. discipuli inqt iussi ducere pullū non refutarunt hoc offitium vt paruū aut de spectuz sed hūiliter obedierunt. In Mat. scriptū est. q inueniunt pullū ligatū aī ianuam fozis in buio. ⁊ soluentibus illis pullū vt dicit Luc. dixit dñs ei⁹ ad illos quid soluit pullum. At illi dixerunt. qz dñs eum necessarium habet. ⁊ statim s̄m Mat. dimiserunt eis pullū. qz vt dicit Titus statim obmutuerunt non potentes resistere saluatoris eloquijs. manifestatū enim est nomen dñi. Rex nanq̄ veturus erat in aspectu multitudine. ps. tu terribilis es et quis resistet tibi: ⁊ adduxerunt asinam ⁊ pullū: Theophilus. non pmitterent inquit aialia ducere. nisi diuina virtus eis inueneret cogens illos. p̄sertim qz rurales et coloni erant. ¶ Deinde ostendit qntaz honoris reuerentiam om̄s apli gnaliter xpo contulerūt: ⁊ imposuerunt sup eum: id est sup pullum: vestimenta sua: vestimenta in p̄d̄uert loco selle. ne lederetur dñs si equitaret asinū. Atten de q̄ licet Mat. dicat asinā ⁊ pullū adducta esse dño. videtur tū dicere q̄ solū pulluz ascenderit: ⁊ eum desup sedere fecerunt. Cris. Non inquit dñs ex necessitate a monte oliueti vsqz ierlm sup pullum ire voluit. cū om̄ez iudeam ⁊ galileā pedes perambulauerit. sed signū erat qd̄ fiebat. significabant em q̄ p̄ mortem suā honor regis sibi dueniebat. cuius regnū futuz erat ecclesia. Interroga igit̄ iudeos qñ aliquis rex sup asinam in ierlm delatus est. sed non vtiqz aliūqz inuenient. Considera qnta fuerit reuerentia aploz ad xpm. quia cū nimia familiaritas cōsueuerit parere d̄temptuz. illi tamen q̄nto magis familiares tanto erant christo magis reuerentes. Considera etiam cum quanta mansuetudine et humilitate rex reguz et dominus dominantū non coactus necessitate. aut duct⁹ manū gl̄a sup pul lum asine



Hierusalem ingrediebatur. Secundo ostendit quomodo turba eius honorauerit de voce. plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. tertia fuit ista et non apostoli qui posuerunt vestimenta super pullum et alii multi de comitantibus strauerunt autem vestimenta pedibus asini: ne offendent ad lapidem: ne calcarent spinas. et ne laberent in foueam. Considera in quanta opinione sanctitatis erat Christus apud istam turbam. quae ita exhibebat illi humilissima obsequia. quae nusquam alteri reperitur impensa. Tercium obsequium fuit pertinens ad ornatum ut dicit Hieronymus: Alii autem cedebant ramos de arboribus: de arboribus. scilicet fructiferis quibus mons oliueti consitus erat. et sternerent in via quod erat alacritatis signum et gaudij. Et non put legimus in Iohanne. quod non solum praederunt ramos de arboribus et strauerunt in via. sed etiam audientes aduentum Christi acceperunt ramos palmaz et passerunt obviam domino cum exultatione. tota igitur ista processio erat exultationis et gaudij in qua Christus sic mansuetus Hierusalem accedebat. turba strauerat vestimenta in via. alii ramos palmaz et oliuaz atque flores inuia sternerent. ceteri vero cum floribus et palmis praedebant receptori obviam. et propter hoc in signum huius exultationis hodie nostra die ecclesia portat crucem discooptam in processione. Quia tunc omnes generaliter honoraverunt Christum laude vocis et cantu. psalmus. Laudabo nomen dei cum cantico. et magnificabo eum in laude. cum enim descenderet Christus montem oliueti. auditum est. Hierosolymis de aduentu eius et tunc plurima turba quae conuenerat ad diuinum festum processit ei obviam: cum floribus et palmis. quae audierat miraculum quod fecerat de resurrectione Lazari et omnes simul obuiantes. scilicet et comitantes. reperiunt laudare Christum. unde dicitur. turba autem quae praedebat et quae sequebantur. erat enim Christus mediis praecedentium et sequentium. clamabant voce iocunda et alacri. dicentes osanna filio dauid. **O** Osanna ut dicit Hieronymus. verbum hebraicum est compositum ex corrupto et integro. osi enim idem est quod salua. anna vero est hebraica interiectio obsecrantis. quemadmodum pape est in latino interiectio admirantis. Vnde anna non significat rem aliquam. sed affectum. quae igitur dicitur osanna in ebraico. dicitur salua cum aliquo modo vocis significat obsecrationis affectum. et ideo osanna idem est quod salua obsecro. et propter quod est dicitur composita: ut dicit Remigius. ex corrupto et integro. cum deberet praefari osi anna per synecopam dicitur osanna. potest autem dupliciter asstrui. quae ista dicitur filio potest esse vna vel due partes. vno modo sic turba clamabant dicentes. o fili dauid osanna. salua obsecro. vel aliter turba clamabant dicentes. o fili dauid osanna. obsecro salua. et postea conuertebatur adiuicem sermonem dicentes: benedictus qui venit in nomine domini. **I** In Iohanne scriptum est Benedictus



## Sermo

rex Isrl qui venit in nomine dñi. vnde pz q̄ ista laus sumpta ē  
de psalmo cētesimo septuagē simo decimo vbi sic dicit. o dñe sal  
uam me fac qd̄ in h̄breo idē est qd̄ anna adonay osi āna. o dñe  
bene p̄sperare. benedict⁹ q̄ venturus es in nomine dñi. ⁊ est sen  
sus h̄m glo. benedictus. ⁊ gl̄iosus sit q̄ venit p̄ carnis assūp̄cōez  
in nomine dñi. ⁊ tanq̄ dñs. p̄s. dñs nomē est illi. Itē agnoscāt  
qz nomen tibi dñs. tu solus altissimus sup̄ oēm terrā. vel in no  
mine dei p̄s. Jo. 5. ego veni in noīe patris mei. Itē h̄m q̄ dī  
in Mar. Ad huc turbe adiunxerūt h̄ aut laudē. benedictū q̄ ve  
nit regnū patris n̄ri Da. q̄si dicerent. b̄ndictū sit regnū patris  
nostri Dauid. qd̄ cōstitutū est nūc in aduentu xp̄i. vnde angel⁹  
ad v̄ginem de xp̄o. dabit ei dñs sedem dauid p̄s eius. ⁊ reg  
nabit in domo iacob in eternū. et regni eius nō erit finis. Itē h̄m  
q̄ legit in Luca. terciā addiderunt laudem dicentes. pax in celo  
et gl̄ia in excelsis. q. d. facta est pax in celo hoīs ad deū. vnde sit  
deo gl̄ia in excelsis. ⁊ h̄m Bedā satis istud canticū cantatū xp̄o  
eunti ad passiōē cōsonat illi. qd̄ cantauerunt angeli nascēte eo  
gl̄ia in excelsis deo. et itē auertentes verba ad xp̄m dicebāt. o  
sanna. ⁊ salua obsecro in altissimis. q̄si dicant. nō querim⁹ saluē  
terrenā. sed celestē. qz p̄ xp̄m v̄s mundi salus aduenit ī celis  
viz et in terris. Attende in hys oib⁹ q̄ntus fuerit honor. q̄ pre  
clara gl̄ia xp̄i venientis. Alii namq̄ velumēta in via p̄stermūt  
alii frondes cōdunt de arborib⁹. et picunt in via. alii p̄cedunt  
ei obuiam cum florib⁹. quidam cum palmis. quidam vero cum  
ramis oliuarum. et om̄es simul et obuiantes et comitantes vo  
cibus p̄sonabant decantando regi celoꝝ. Sed cum totus pplus  
exultaret. audiamus qualiter se habuerint emuli xp̄i. ⁊ qd̄ ipse  
xp̄s egerit. In Luca scriptū est. qd̄ dum vniuersa turba laudes  
saluatori p̄sonaret. pharisei indignati dixerunt xp̄o. maḡ in  
crepa discipulos tuos. Quib⁹ ipse ait. dico vobis. quia si hy ta  
cuerint. lapides clamabunt quia vt dicit Beda in passiōe dñi  
tacenti⁹ discipulis dñi p̄ timōre petrescisse sunt. ⁊ monumen  
ta aperta sunt. Sed nunc attendamus qualiter se habuerit xp̄s  
in tanta gl̄ia. Cum em̄ duceret ad ciuitatem Hierusalem. vi  
dens ciuitatem cepit flere. cōsiderans euerfionem ipsius. Sciebat  
em̄ qd̄ hy qui cum gl̄ia eum recipiebant. in primo debebant eū  
occidere. p̄pter cuius mortem ciuitas ipsa erat subuertenda. ⁊ cū  
tū iudei dispergendi Ecce igit̄ qualis auentio. alii exultabant  
sed tristabatur xp̄s. illi cantabant. ipse plangebat. illi flores ⁊  
ramos palmaz atq̄ oliuaz referebant. sed ipse lacrimas effun  
debat p̄pter quod hodierna die gaudio p̄cissionis subsequatur



officium passionis dñi. Deantemus ergo et nos osanna filio dauid. benedict⁹ qui venit in nomine dñi rex Israhel. vt saluet nos in altissimis. qđ ipse prestare dignetur. qui vñit ꝛ.

**Dominica resurrectionis domini.**

**Introductio sermonis. . xxxv. A**

Maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata ꝛ. Mar. 16. hoc idem legit Mat. 28. ꝛ. annuntiavit angelis prim⁹ resurrectionē dñicam. ex quo satis innuit qđ illū oportet esse pfectionis angelicæ. qui digne vult saluatoris resurrectionē annuntiare. Vnde ad hoc opus me sufficere non posse video. sed tñ vires quas imperitia denegat et fragilitas: non dubito quin vestra caritas ministrabit. dat etiā vt dicit Ber. loquendi ausum resurrectionis dñicæ tanta sollemnitas. quia in dignum valde est vt eo die laudes debitas taceat lingua carnis. quo viz die caro resurrexit auctoris. Vt igit aliquid dignum ad laudem resurgentis predicere possimus vginis matris pium suffragium imploremus dicentes. aue resurgentis mater virgo plena grata ꝛ.

**Prima pars B.**

Maria magdalene et Maria iacobi et salome ꝛ. Licet magna sit leticia rem desideratam inuenire: maxime tñ cumulat leticia. qñ inuenitur res melior qđ est desiderata ecce igitur qđ sit leticie presens dies d quo ait ps. hxc est dies quam fecit dñs: exultemus et letemur in ea quia cum sancte mulieres desiderarent inuenire corpus xpi mortuum vt illud vngerent. multo melius inuenerunt qđ sperarūt quia annunciate angelo inuenerunt euz resurrexisse a mortuis et cuncta illata xpo in passione: mutata sunt in gloriam resurgentis. Vnde Augu. in sermone resurrectionis dicit. post illusiones et verbera. post acetum et fellis pocula. post supplicia crucis et vulnera postremo post ipsam mortem et infra surrexit de suo funem caro noua. redit ab occidie latens vita. et de morte salus reseruata resurgit. pulchrior reditura post funus. De ista aut scđaz muliez inquisitione et annuntiatione resurrectionis agit in presenti euangelio. in quo tria tangunt. Primum est deuotū desiderium ad dilectionem inflammans. Secundum est euidentis signum resurrectionem insinuans ibi. Et respicientes viderunt. Tercium est colloquium angelicum ipsam resurrectionem affirmans ibi. Qui dixit illis. In prima parte tangit quō sancte ille mulieres venerunt ad monumentum desiderantes vngere corpus dñi: quarū desiderium ex magno processit amore. Et eaz